

SPECIMEN
POËSEOS PINDARICÆ
IN LATINUM CONVERSÆ,

CUJUS PARTICULARAM PRIMAM,
VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

PUBLICE EXHIBENT

Mag. PETRUS MALMSTRÖM,
Philos. Docens ad Acad. Reg. Uppsal.

ET

GABRIEL KROGIUS,
Wiburgensis.

IN AUDIT. MJN. D. XX. JUN. MDCCLXXXIX.

H. ante merid. S.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

THE LIBRARY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

TO THE STUDENTS OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

BY A MEMBER OF THE STAFF
OF THE SCHOOL

IN TWO VOLUMES
VOLUME I

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

IN TWO VOLUMES
VOLUME II

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

IN TWO VOLUMES
VOLUME III

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

IN TWO VOLUMES
VOLUME IV

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

IN TWO VOLUMES
VOLUME V

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

IN TWO VOLUMES
VOLUME VI

THE HISTORY OF THE
SCHOOL OF THE SOCIETY
FOR THE PROPAGATION OF THE GOSPEL

LECTORI.

Metaphrases Carminum Pindaricorum, quas inspicere nobis sicut, omnes ad Pindarum penitus intelligendum minus accommodatae videntur. Aut enim litteris serviliter adhaerent, Sensum minime curando; aut meræ sunt Paraphrases, Pindaricæ Distictioni parum lueis adfundentes. In pugno, quod docto Tuo Judicio submittere jam justinemus, Specimine, medianam inter utrumque illud extremon viam tenere nos suimus adnisi, ita ut singularum, quotquot capere potest Lingua Latina, Vocabum Græcarum vis, at modo forsitan intelligibili, Latine exprimatur. Fortasse nos etiam verba nimis anxie premere videbimus nonnullis. Verum accuratio ista, ubi sobrie adhibetur, in Prosaico Interpretate minime reprehendenda. Pindarum liberiori stilo interpretari, Poëtis relinquendum esse, censemus; atqui ad hujus provinciæ gloriam nemo contendat, nisi Poëtico spiritu, Pindaricæ sublimitatis æmulo, animatur. — Ad Stylum et Sensum Poëtae illustrandum, atque ad Metaphrozin nostram firmandam, crebriores huic non potuimus non subjungere Animadversiones. Plurimos vocabum Significatus, Pindaro familiares, frustra in Lexicis quæri, nobiscum fatebitur quisque. Ut igitur datæ a nobis Explicationi sua confit fides, et sic significatus isti minus vulgares temere heic adoptati videantur, Exemplis, cum e Pindaro ipso tum aliunde petitis, ii fuerunt stabilendi; et quoniam Idioma Pindaricum ad antiquorem et genuinum, qui in Homero præcipue nitet, Linguæ Græcæ habitum proxime accedit, Exempla persæpe e purissimo illo Græce sciendi Fonte sunt desumpta. Sed ne longi nimium in commentando essemus, Historica et Mythologica, in Commentariis jampridem fuse trattata, silentio, quoad licuit, præterivimus. — Textum Pindari Græcum secuti suimus talem, quam Heyniana exhibet Editio, anno Sæculi hujus septuagesimo tertio Gottingæ publicata. Ubi vero alia quædam Lectio magis arrisit, adjecta hoc denunciat Observatio. — Carmina Pindari omnia, ea qua jam coepimus methodo, si Fata tulerint, perlustrare conabimur. Quod si vero in negotio tam arduo subinde hallucinemur, placide, speramus, id ferent Censores, qui nobilem huncce Poëtam ipsi pernoscent, et summas in eo explicando obvias difficultates rite astimare non sine multo sudore didicerunt.

SPECIMEN
POËSEOS PINDARICAE
IN LATINUM CONVERSÆ.

ODA OLYMPIORUM PRIMA.

HIERONI *Syracusanō*,
qui desultorio Equo vietoriam fuerat adeptus..

Inter Elementa præstantissimum est Aqua; a) et Aurum, quemadmodum ardens ignis omnium maxime decorus est et conspicuus b) tempore nocturno, c) eminenter conspicuum est d) inter opes superbas. e) Si vero, mi f) Anime! g) Certamina h) canere gestis, noli

- a) Aqua putabatur omnium rerum fuisse principium. Vid. *Hom. Il. 201.* 246. *Virgil. Georg. 4:382.* *Conf. Cudworth, Systema intellectuale Universi*, pag. 427. b) Διαπρεπεῖ, i. e. πρεπεῖ δια παντῶν. Vid. *Hom. Il. μ. 104.* c) Lucente in tenebris Igne magnificentius non datur spectaculum. d) το διαπρεπεῖ heic repetendum, ita ut construētio plena sit: Ἐξοχα (i. e. ἐξοχως) πρεπεῖ δια πλευτῶν. e) Μεγαλωσ id. ac μεγαλωσ, *Pyth. α. 99.* Eadem ratione Πλευτος dicitur Θρασυτάτος et υπερηφανος et χρυσος μεγασθενης legitur *Isthm. ε. 2.* — Sententia, Exordio huic similis, exstat *Ol. γ. 75-76.* f) Φιλος, loco Pronominis possestivis, ut passim apud Homerum. g) Hoc modo *Pindarus te ipsum læpius alloquitur.* Vid. *Ol. β. 161. θ. 55. 103. Pyth. γ. 109.* h) το Αεθλον aliquando idem, ac ον Αεθλος, significasle, vel ex h. l. patet.. Conferatur illud: Χαιρ, Ιδαιη, μετ' αεθλα, μετ' αλγεα πικρα θαλασσης.

noli jam desertum per ætherem circumspiciendo quæ-
rere i) Astrum aliud, præter Solem, quod interdiu ful-
geat et ipso fervidius sit; neque ullum prædicare pos-
sumus k) Certaminis locum, *Olympia* nobiliorem, l)
[unde enata celebratisima illa m) canendi materies n)
fese offert o) ingeniis Poëtarum, p) ut insignem illum

A 3

ma-

i) Notio prægnans, quemadmodum Suecāno sermone dicimus:
Se sit omkring efter något. k) Eam Verborum flexionem,
quæ *Tempus futurum* apud Grammaticos audit, sæpe innue-
re Possibilitatem, notissimum est. l) *Verbus* 1—12. so-
luto sermone hunc fere in modum expresleris: Quemadmo-
dum Aqua inter Elementa, et Aurum inter thesauros excel-
lit, ita inter Ludos principem tenent locum Olympici. Quod
si igitur ego Certamina iis præstantiora invenire conarer,
carmine meo jam celebranda, conatus iste æque foret vanus,
ac si quis medio die vacuum per ætherem indagare vellet
Stellam, quæ æstu et splendore antecelleret Solem.—Multis
quoque aliis locis *Pindarus* summam Olympicorum Certami-
num præminentiam extollit, ea appellans ἀεθλῶν κορυφαῖ,
μεγάλες ἀεθλούς, ὑπατον Ἡρακλεος τεθμον, cert. Nullibi
tamen æque splendide et ample, ac in prima hacce Oda,
laudes eorum decantat. m) Vis Articuli emphatica, ἔξοχην
indigitans, heic observetur oportet. Conf. *Ol.* Ζ'. 63. n) Υ-
μνος, pro Materia carminis, apud *Pindarum* aliquando
occurrit. Vid. *Nem.* δ'. 57. *Isthm.* δ'. 36. Sic ἐπικαιριον,
materia laudis, *Nem.* δ'. 56. ἔπος, materia dicendi, *Pyth.* β'.
122. ᾠδὴ, materia cantandi, *Hom. Odysf.* θ. 580. ω. 199.
quemadmodum etiam χαρμα, pro materia gaudendi, ἐυχος et
ἐυχωλη, pro materia gloriandi, pasim adhibentur. o) Pres-
sius ad verbum: *Se circumfundit, circumcirca fese adplicat,* q. d.
Ingenia eorum ab omni parte occupat et omnimodis exercet.
Simili fere locutione, licet sensu aliquantum diverse, Sue-
cice dicimus: *Det ligget mig om hjertat.* p) Σε-

magni q) *Saturni Filium* r) sonoro celebrent cantu s)]
 quando in opulentam beatamque t) jam accedimus u)
 domum *Hieronis*, [qui justum Sceptrum in *Sicilia* præ-
 20 divite v) administrat, habitu quovis egregio x) ab-
 so-

Φος, κατ' ἔξοχην, pro Poëta, et σοφία, pro ingenio
vel studio Poëtico, Pindaro familiaria sunt. Vid. v. 187.
OI. β'. 154. δ'. 42. Pyth. i. 35. Nem. η. 70. Isthm. η. 105.
*Poëtæ enim, utpote a Numine adflatı, omnigena et huma-
 nam fortem exsuperante instructissimi habebantur Sapientia.*
*Sic ἀειδεῖν, quod Musarum inprimis et Poëtarum est, ori-
 ginalie valuisse videtur: Scientia eminere; et apud Orienta-
 les etiam, notiones Sciendi et Poësin colendi confunduntur.*
q) Prisci etiam Mortales persuasum sibi habuerunt, aliquem
*a claris Majoribus in Posteros transfundi splendorem. De-
 nominationes igitur *Patronymicæ*, quæ Poëtis, et in primis*
Pindaro nostro, adeo sunt frequentes, gratis fortasse non
adhibentur. Sæpe gloriosum quid et magnificum iis inesse
deprehenditur, unde orationi pompa quædam conciliatur et
*dignitas; atque ad vim istam in Versionibus etiam aliqua ra-
 tione attendendum esse, putaverim, id quod Interpretibus*
*ramen curæ esse haud confuevit. r) i. e. *Jovem*, cuius*
laudes, quoniam ei facri erant Ludi Olympici, una cum
victoriis istis celerabantur. s) ὡσε πελαθεῖν. Verbum
hocce apud Pindarum semper valet: Sonora voce canere, vel,
*Sonoro cantu celebrare. t) Particulae conuixivæ in dictio-
 ne Pindarica tæpisime, non sine elegantia quadam, suppri-
 muntur. u) Legimus: *ινομεναι*. Vid. Heyne. v) Ad*
*verbum: *Pecudibus* abundante; quandoquidem Pecudes olim*
præcipue erant possessiones. Hujusmodi Regio alias dicitur
μυηλος, μηλοις ἐνθεων, μητηρ μηλων, et. x) Voce
*Ἀρετη non solum Virtutem moralem, sed quamlibet Prae-
 fiantiam et egregiam qualitatem, bonum quemvis habitum.*

solutissime ornatus, y) et proinde etiam in eo, quod Ars Musica exquisitissimum habet ac summum, z) splendide excellit] quemadmodum nos Poëtæ a) circa mensam b) hospitalem c) ludimus d) frequenter.

A 3

Quin

dexteritatem atque habilitatem quamcunque, sensu generalissimo designari, ex Pindaro in primis pater abunde. y) Ad verba: *Decerpens apices omnium egregiorum habituum. Translatum ex iis qui Flores, partes herbarum summas ac præstantissimas, legunt; quali Metaphora dicitur: Δρεπειν ιερον οὐλων ἀωτον, Pyth. δ. 231, 233. pro: Vitam degere summo gradu jucundam.* Præsentem locum Suetice reddideris: *Han besitter högden af hvarje förträffelig egenskap.* z) 'Αωτος, quemadmodum Lat. *Flos*, lape denotat *Quicquid in suo genere præstantissimum.* a) Nomen 'Ανης aliis Nonnibus nonnumquam pleonastice fere adponitur; e. g. *ἀνη τεκτων, ἀνη ιητρος, ἀνη βασιλευς*, qualia passim apud Homerum. Interdum autem το 'Ανη solum ponitur, altero illo Nomine omisso; vid. II. λ. 475. π. 212. ε. 389. quibus tamen locis, quale Nomen subaudiatur, ex contextu facile patet. Eundem in modum το 'Ανδρες h. l. pro *ἀνδρες μουσοπολοι* positum videtur. Si quis heic reddere maluerit: *Nos Viri clari et nobiles, haud refragabimur; quandoquidem 'Ανη hoc etiam sensu aliquando occurrit, nec Poëtis infuetum fuit, glorioius de seipsi prædicare.* b) forsitan Hieronis. c) Hanc notionem το Φιλος h. l. optime tuetur. Conf. v. 62. Certe cognatum φιλειν antiquitus valuit: *Hospitio benigne excipere;* Vid. Hom. II. v. 627. *Odyss. δ. 29.* unde usitator illa *Amandi* notio videatur derivata. Hospitii enim necessitudo intimam conciliabat amicitiam; unde etiam Ξενος pro *Amico* nonnumquam ponitur. Vid. v. 165. *Ol. δ. 7.* d) i. e. Canendo et instrumenta Musica tractando, nos delectamus; quem modum in conviviis Veterum viguisse, testantur Historici,

Quin e) Doricam e clavo deripe Citharam, f) si g) *Pisæ*
 30 et Pherenici h) gratia i) animum tuum k) in dulcissi-
 mas quasdam l) induxit meditationes, m) quando Equus
 ille juxta Alpheum citatisimo gradu currebat, [con-
 cinnum suum corpus n) in Stadiis exhibens tale, ut sti-
 mulo

e) Αλλα nonnumquam habet sensum exhortandi. Vid. *Hom. Il. o.* 472. — *Pindarus* heic seipsum alloqui pergit. *Conf. v. 6.*
 f) *Conf. Hom. Odys. θ. 67.* g) Dicitio hujusmodi conditionalis, *Pindaro* in primis frequens, absolutissimam habet ad everationem. Vid. *Ol. γ'. 75.* h) Nomen Equi illius, qui Victoriam hancce Domino suo *Hieroni* pepererat; quales Equi ab *Homero* dicuntur Ἀθλοφοροι. — *Hiero* Certamini huic ipse non interfuisse videtur, quandoquidem *Pherenicum* fere solum ob Victoriam reportatam heic laudat Poëta. Scilicet solebant Viri principes, etiam si ad Ludos ipsi non accedebant, Ministros suos et Equos illuc mittere, ipsorum nomine certaturos; et his vincentibus, Domini qui miserant, absentes licet, renunciabantur Victores. Vid. *Hom. Il. η. 698, sqq.* i) i. e. Decor ille gratiae plenus, quo *Pherenicus*, ad *Pisam* strenue certans, se omnibus commendabat. Ev δια δυον. k) *Dativus*, loco Genitivi vel Pronominis postessivi, ut passim. l) Vocabula Tu, quæ v. 28. confpicitur, orationi hoc modo saepissime inserta, nequaquam, ut Lexicographis placuit, redundat. *Conf. v. 120. Hom. Il. ε. 421.* m) Ad verba: *Meditationibus* vel *potestati* earum *subjicit*. Sentus, quem exprimere voluerit Poëta, hic fuisse videtur: Adeo fortis et vehemens fuit, quæ me capiebat, *Pherenici* certantis admiratio, ut animus meus continuo raperetur ad meditandum (*Carmen aliquod*, laudes ejus celebraturum, et harum meditationum dulcedine totus quasi emancipatus teneretur. n) Δεμας (orsan a δεμω), hunc aliquando tueri videtur significatum.

mulo opus minime esset] et Victoriae compotem faciebat Dominum o) *Syracusanum*, Regem illum rei equestris peritia clarum. p) —— Idcirco splendet Britannia ejus q) apud generosam *Lydi Pelopis Coloniam*, r) quem præpotens ille et Terram complexu suo continens s) adamavit *Neptunus*; postquam eum t) e nitido Lebete u) 40
exe-

o) Quemadmodum Verbum *μιγεῖν*, cum suis compositis ac derivatis, de quolibet *confortio* et *congresu*, de *conjunctione* et *approximatione* quavis, sensu generalissimo adhibetur, ita apud *Pindarum* saepius valet: *Facere ut quis in rem quandam incidat, eamne obtineat*. Sic *μιγγεῖν τινα αὐθετι*, *Nem.* §. 35. *Coronam ex floribus præbere alicui*; - - - *αὐλαῖαις*, *Nem.* §. 74. *Splendorem et decus addere*; et h. l. - - - *κρατεῖ*, *Victoriā parere*, idem omnino ac *το πελεύσειν τινα κρατεῖ*, v. 126. qualem etiam usum haber Verbum *προστίθημι*, *Nem.* γ. 120. Hinc quoque *το μιγεσθαι*, forma Pasiva, *Pindaro* saepè idem est ac *Incidere in aliquam rem; assequi; obtinere*, ut infra ad v. 147. amplius patet. p) Laus hæcce, temporibus istis Heroicis, non ultima erat. —— *Versus 26—36*: Suecano Sermone hunc fere in modum expresseris: Ståm din Doriska Lyra, om eljes Pherenicus gaf något behageligt åmne för din Sang, då han vid Pisa tilskydade sin Herre Seger. q) *Sc. Hieronis.*

r) i. e. Per eam Regionem, in qua *Olympica* celebrabantur Certamina. Ex h. l. colligitur, creditum *Pindari* tempore fuiste, *Pelopem*, *Tantali filium*, e *Lydia* oriundum, advenisse in *Peloponnesum*, (quæ nomen ab isto Heroë postmodum traxit) eamque ejus partem imperio tenuisse, quæ *Olympicis* Certaminibus fuit dicata. s) Epitheton respiciens Oceanum, Terras ambientem. t) *Sc. Pelopem.*

Fabulam, quæ h. l. illustrat, vid. apud *Benedictum*. u) Tales Lebetes (alias *τειπόδες* di^{ti}) eodem sensu ab Homero dicuntur *Αἰθαρες* et *παυμφαντες*; sc. ob colorem *niterentem*,

exemerat *Clotho*, splendentem v) ebore qua pulcrum suum et spectabilem humerum. x) _____
 Sane mirabilia multa narrantur; et nonnumquam y)
 etiam Fabulæ Poëtarum, variegatis fictionibus z) exor-
 natæ, præ veris narrationibus, Mortalium decipiunt
 mentes; a) nam b) *Gratia*, c) quæ quidem parat
 quæcunque jucunda Mortalibus sunt, Divino artificio
 efficere solet, d) ut etiam id, quod per se incredibile
 est

quem habet Æs bene politum ac defricatum. Erat enim
 λεβῆς *Vas coquinarium æneum*. v) Καλώ (forsan a καῶ)
 valuit: *Splendere facio*, licet hoc taceant Lexicographi.
 x) κατὰ Φαιδίμον ὠμον. Epitheton illud sæpe additur mem-
 bris Corporis humani. Sic *Φαιδίμα γυνα*, passim apud
Homerum; quin *Φαιδίμος ὠμος* legitur *Odys.* ἡ. 127. ψ.
 275. y) Vocabula που hac etiam gaudere notione, silen-
 tibus Lexicis, heic monere oportet. Conf. *Hom. Il.* ε. 473.
 z) το Ψεύδος etiam sensu honestiori, et de *Falsoquiis in-*
noxiis adhiberi, vel ex h. l. constat. Sic quoque Latinus
 quidam Poëta de se prædicat gloria bundus: *Sæpe Poëtarum*
mendacia dulcia finxi. a) i. e. Fabulæ facilius, quam ve-
 ræ narrationes, creduntur. b) Adfertur jam causa, cur
 fiat ut Fictio[n]es Poëticæ adeo facile fidem inveniant. c) Χαρ-
 ἔης heic personificata; et fingere videtur Poëta, esse ali-
 quod Numen, in eo tantummodo occupatum, ut gratiam ac
 jucunditatem rebus quibuscunque, et nominatim Poëtarum
 Carminibus, adspergat. Suetice dixeris *Behagligheten*, *Beha-*
gens Gud. Χαρέη simili sensu occurrit *Ol. Ζ. 19. Conf.*
Φ. 39. d) Sic Tempora Verborum ἀρχήσα Actionem fieri
 solitam sæpiissime designant. Conf. *Hom. Il.* ε. 88. 599. 902.
 λ. 28. — το *Myderθai* non solum: *Animo machinari signi-*
ficat, sed etiam *Abitu ipso exsequi et effectui dare*, et quidem
cum arte ac sollertia quadam. Vid. *Hom. Il.* κ. 289. *Odys. γ.*

est, s^ep numero e) credibile fiat, pretium et auctoritatem ei conciliando. — Verum Tempora consequentia f) Testes sunt peritissimi; g) et Homini insuper fas est, de Diis dicere honesta; nam sic minor in fingendo erit culpa. h) Ego igitur, i) O Fili Tantali! k) contra superioris ævi Poëtas, enunciabo, Deum

B

Tri-

261. 303. coll. v. 275. a. 443. e) Adverbii *Vicem* designantibus præfigitur aliquando Articulus. Sic τα πρώτα, *Hom. Il. a. 6. primum. τα τετάρτου, Il. ε. 438. quartum.* f) Sic λοιπος χρονος, *Nem. ζ. 99. Tempus sequens. Δοιποι, Isthm. δ. 67. Posteri.* g) i. e. Veram rei rationem optimè patefacere norunt, et Fabularum detegere falsitatem. Tempus enim omnia revelat. h) Locus obscurior, cuius tamen sensus hic esse videtur: Semper fortasse culpabilis erit, qui fictum aliquid de Diis audet affirmare; ubi tamen nil nisi honestum et Majestati eorum conveniens iis adfingimus, levius videtur peccatum. — Similis tententia legitur *Pyth. α. 159, 160.* i) Eorum, quæ jam sequuntur, nexus cum superioribus, inde a v. 40. hic est: Fabulam de *Pelope* absurdissimam, et Diis minime dignam, antiqui tradiderunt Poëtæ, fingendo, carnes ejus, epularum loco, Diis fuisse appositas, et humeram a *Cerere* devoratum. Fictio- ni adeo absonæ fidem diu habuerunt Mortales, Poëticæ artis lenociniis decepti. Temporis vero successu, impiæ hujus Fabulæ drectæ est falsitas. Nunc igitur ego, de *Pelope* meliora edocitus, et summa insuper ductus Deorum reverentia, vetus illud prorsus abjiciam commentum, et aliam de Heroë nostro in medium proferam narrationem, quæ et vero similior et Diis dignior sit. k) Elegans Apostrophe, *Pindaro* haud infrequens. Vid. *Ol. ε. 22—25.* Sic etiam

60 Tridente insignem, quando Pater tuus ad Convivium illud decentissimum 1) et hospitalem m) Sipylum n) Deos invitaverat, retributorum iis Epulum lautissimum o) præbiturus, *Neptunum*, inquam, corde suo p) Tui desiderio subactum, q) tunc Te rapuisse, et in r) Curru, qui ab Equis s) genero-

apud Homerum: Ὡς ἴθυς Λυκιῶν, Πατροκλεῖς ἵπποκελευθε! ἐστυο, Il. π. 584. pro vulgari: Ὡς ὁ Πατροκλης ἵστυτο. Conf. v. 692, 693. Eadem cum magnificentia Pope, divinus ille Admirator Homeri et Aemulus: *How Instinct varies in the growling swine, Compar'd, HALF-REASNING ELEPHANT! with thine!* in *Essay on Man, Epif. I.* l.) Εὐνόμος alias de Civitate, legibus bene instituta; b. l. de Convivio, in quo parando nefas fuit nullum, nullum sc. flagitium tale patratum, quale *Tantalo* antiquissimi adfixerunt Poëtæ. m) i. e. in qua Hospites liberaliter excipere *Tantalos* solebat. Vid. supra ad v. 24. n) i. e. ad Convivium in *Sipylo* concelebrandum. Εν δια δυοιν. — Erat autem Σιπύλος Regia *Tantali*. o) Numerus pluralis, pro singulari adhibitus, saepè *grandius* quid sonat. p) κατα φρενας. q) Suer. Öfverväldigad och likasom underkuſvad af begär. Sic Τπνω και φιλοτητι δαρηναι, Hom. Il. ξ. 353. Conf. Odysf. ξ. 318. r) Potius: *Super.* Άνα enim heic notat την ἀνω σχεσιν, quo sensu dicitur: χρυσεω ἀνα σκηπτρῳ, Hom. Il. α. 15. PÅ den gyldene Spiran. Conf. Il. o. 152. Odysf. λ. 127. s) In Graeco est: *Equabus.* Equæ Feminæ, apud Graecos antiquos, procul dubio præstantiores maribus habebantur, quandoquidem illas potius quam hos videntur adhibuisse. Certe η ἵππος feminine et

rosissimis t) trahebatur, u) ad supremam transtulisse
Domum Jovis longe lateque honorati, quo postmo-
dum v) accesit etiam *Ganymedes*, ad idem x) mini-
sterium Jovi præstandum. Ut vero y) sic non am-
plius

B 2

in *Pindaro* et *Homero* frequentissime occurrit. t) Χρυσεος
generale quidem est *Formositatis* ac *Præstantiae* epitheton,
ut χρυσεα Ἀρεόπολη, νικη, ὕριεια, cet. peculiariter vero o-
mnia, quæ ad Deos quacunque ratione pertinebant, hoc
titulo insigniuntur. Vid. in primis *Hom. Il.* v. 21—26. ubi
Ædes, Vespes, Scutica Neptuni, quin Jubæ Equorum ejus,
χρυσεα omnia sunt. Conf. splendidissimam novæ adum-
brationem Hierosolymæ, quam totam auream fuisse, prædi-
cat *Johannes*, *Apocal.* 21: 18. 21. u) Presius ad
verba: *In Equabus generosissimis*. Sic apud Homericum scep-
tisime ιπποι, pro Curru, cui juncti Equi sunt. Vid. *Il. γ.* 265.
ε. 19. 46. 111. Sc. Equites, heroico isto ævo, singularibus
haud infedisce Equis, sed Curribus veetos fuisse, loquuntur
Monimenta. v) Ut h. l. cum reliqua concilient Mytholo-
gia, secundum quam *Pelops* *Ganymede* paullo posterior fuisse
videtur, vocem δευτερω varie torquent Interpretes. Il-
lustr. Heyne pro ἑτερω vel ἀλλω accipere suadet; aliter alii
tentant. Verum intolentes Vocum significatus adeo gratis
non adoptandi, et nihil obstat, quin putetur *Pindarus* *Ga-*
nymedem *Pelope* habuisse posteriorem. Sæpiissime Mytholo-
gica sibi mutue contradicunt Monimenta, et Temporis or-
dinem in his tenebris exacte servatum postulare, nimium
foret. x) Ταῦτ', ex το αὐτο contractum; quemadmo-
dum λητω προλητοα ὠρισος, πρ ὁ ἀρισος· cet. y) Postquam
novam suam de *Pelope* Historiam in medium jam protulit
Poëta, in iis quæ heic sequuntur, occasionem indicat Fabulae

pius in Terris conspiciebare , z) neque Viri, a)
 qui multum et studiose Te quærebant, b) ad
 Matrem tuam c) Te reducere poterant, mox Vi-
 cinorum malevolorum aliquis clanculum perhibuit,
 quod Te, dum aqua ad ignem summo fervoris
 gradu bulliret, d) cultro dissecuisserat e) mem-
 20 bratim, f) atque ad mensas , g) circa finem Convi-

vii

absurdissimæ , superius indigitæ. z) Suetice ad verba:
Edom Du nu mera icke var synlig. a) Quos sc. Mater
Pelopis ad eum quærendum emiserat. — Parentibus igitur
 infœciis, ipsum rapuit *Neptunus*. b) Μαῶ et μαῖω origi-
 narie valuisse videntur: *Manu admota contrecto, tangendo*
perquiro, tacitu explorō. [Conf. compositum ἐπιμαιομαι] Hinc:
Accurate investigo, studiose et cupide quero, ut h. l. Hinc
 demum: *Cum ardore studeo, vehementer cupio, animo feror*
concitato, ut passim. c) Non absque idonea ratione Ma-
 ter potissime heic nominatur; quandoquidem eam materno
 affectu tenerrimo dolentem, amissi Filii cura vehementius, ac
 Patrem, tangere debuit. d) In verbis: ἀμφ' ἀκραν *ζεο-*
τας ὑδατος, est Hypallage, pro: ἀκρη *ὑδατος* *ζεοτος*, vel,
 ἀκρη *ζεωτης ὑδατος*, *Summus vigor fervoris aquæ, summa*
fervoris vehementia. Eadem omnino Figura recurrit v. 156.
 ubi extat: ἀκραι *θραυστονος ισχυος*, pro: ἀκραι *ισχυος*
θραυστογ. Sic etiam apud Poëtas nostrates summos legimus:
Hafvets lugna prakt; *Najadens näkna prakt;* per eandem ver-
 borum inversionem elegantissimam. e) i.e. Quod Te, in
 aqua ferente elixatum, dissecuisserat. Suetice reddideris: *Han-*
förenas, at man skulle ha/va kokat och sönderflyckat Lig-
 f) *Τειχειν κατα μελη,* i.e. *τειχειν διαμελεῖσι*, ut legitur
Hom. Odys. σ. 338. g) [ἐπι] *τραπεζας*. Nomen illud
 pluraliter adhibetur, quoniam piures aderant Mensæ. Sc.
 spud Græcos antiquos Convivarum cuique mensa ponebatur

vii, h) de carnibus i) Corporis tui inter se distri-
butis k) comedisent. l) Ego autem a me impe-
trare nequeo, m) ut Immortalium n) aliquem dicam

B 3

hel-

sua. Unam omnibus communem habere, ætatis est sequio-
ris. h) Legimus: ἀπός δευταῖα, separatim, [vid. Hey-
ne] idque explicamus: ἀπός τα δευταῖα μεγ̄ τ̄ς ἐραν̄ς,
i. e. in Mensis secundis, ubi lautissimæ apponi solebant E-
pulæ, quarum loco Carnes istas haberri fortasse voluit Tan-
talus, juxta malignam et fallam Vicini cuiusdam narratio-
nem. — Locus hicce Difficilioribus accensendus. Illustr. Hey-
ne jungit: ἀπός τραπέζαις, δευταῖα κρέας cert. atque hoc
interpretatur: Extremas Carnium partes, cum Humerus tan-
tum fuerit consumptus. Sic autem τα δευταῖα habebit signi-
ficatum, quem alias tueri non deprehenditur. Nos itaque
alteram illam præferendam esse duximus explicandi rationem,
quæ nulla ejusmodi laborat difficultate, atque Athenæi
insuper firmatur suffragio. i) Φαγον [ἐκ] κρέας, quem-
admodum dicitur: ἐσθίειν αἴτης, πινειν οἶνον, eadem suppressa
Præpositione; id quod accurate exprimunt Gelli: Manger du
Pain, boire du Vin, ope Atticuli sui quantitativi. k) Hæc
nonnumquam est Verbi Medii vis. Ea enim non semper
involvit simpliciter Actionem, in Agentem ipsum dirigere refle-
xam, sed varie determinatur, et aliquando non nisi Præpo-
sitionum ope exprimi se patitur Latine; ut φαμας, Dico tecum,
i. e. Puto; passim apud Homerum; φελομας, Dico tecum,
i. e. Perpendo, delibero; κομιζομας, Recipio ad me; vid.
Hom. Il. a. 594. ἐγνομας, Troho ad me, i. e. Libero ex peri-
culo, tueor; ἀπωθομας, A me repello, et διομας, Fugo a
me; vid. Hom. Il. u. 276. διαζεσθαι, Distribuere inter se;
ect. l) Suetice: Non skulle hafta delat sig imellan och
dit of ditt kött. m) Ad verba: Miki impossibile est. n) Ma-
xæg, i. e. ο μη ἴποκειμενος τη κρεας, pro diverso Vocis Κρεας
significatu, non solum Beatus denotat, sed et Immortalis.

helluonem. o) Inde abhorreo. Detimentum maleficis obtigit p) frequenter. Ce-
terum q) si Praesides r) Olympi ullum Hominem mortalem honore umquam s) affecerunt, is Tantalus erat

Hoc sensu est epitheton Deorum, [vid. Hom. Il. a. 339. ubi per oppositionem manifestam posterior haec significatio stabilitur] qui etiam absolute dicuntur ὁ Μακάρος, id. atque ὁ Ἀθανάτος vid. Pyth. γ'. 185. Hom. Odys. u. 299. Priori sensu de Hominibus etiam et rebus caducis adhibetur. o) Γαστριμαργος, i. e. μαργος [μαινομενος] κατα την γαστερα, Ventri insane indulgens. Legitur etiam γαστηρ μαργη, Hom. Odys. σ. 2. p) Sic apud Homerum: Κηρ, ἦπερ ἐλαχε με γενομενον, Il. ψ. 79. Fatum, quod mihi, dum nascerer, sorte qs. obtingebat, se mihi tunc per fortē adsignabat; sensu intransitivo, qui hujus etiam loci est. q) Particula Δε, pro diverso contextu, varie exponenda: Sed, tamen, et, quoque, præterea, porro, deinde, nam, igitur, inquam, tum vero, cet. Aliquando, ut h. l. mere continuativa est, transitionibus interviens; quemadmodum aliæ etiam Particulæ, ut και, αρα, αυ, cet. haud secus atque Orientalium Vau, mire sunt πολυσημοι quamvis, ut obiter notem, amplissima illa potestas vere insita iis non fuerit, sed tantummodo relativa ad habitum, quem Linguae postmodum induerunt, cultiorem. Sc. deficiens olim idearum Analysis, et nata inde paupertas Linguarum primitiva, ex Particulis Veterum præcipue innotescit. Transit heic Poëta ad veram indicandam causam, cur gratiam Deorum perdiderit Tantalus, et gravissimis poenis fuerit multatus. r) Vel, Cystodes. Hujusmodi locutio in facris etiam Litteris occurrit. vid. Dan. 4: 10. 14. 20. s) Vocabulm Δη etiam significare χρονικως Nunc, jam, jamdudum, tunc, cet. exempla passim obvia edocent. H. l. per δηποτε explicanda esse videtur, licet reddi quoque possit sim-

erat. t) Verum enim vero **Felicitatem** adeo magnam ferre non potuit, u) sed per nimiam ejus satietatem, v)
Malum

pliciter: *Jam*, Suetice: *Omni Guðarne hafva hedrat nágon Dódelig.* t) Suerice reddideris: *Så var Tantalus en fäddan.* Nam *'Ovros* sæpe valet: *Talis, hujusmodi.* vid. v. 184. Ol. δ. 37. η. 75. Σ'. 55. id. 8. Hom. Odysf. π. 437. quo senti dicunt etiam Latini: *Non IS ego sum, qui cet.* u) Suerice dixeris: *Han kunde ej båra sin lycka,* Tantæ Felicitatis capax non fuit; æquo animo ea frui non valuit. Ad verbum: *concoquere non potuit.* Metaphora audacior, ducta a Ventriculo, qui nimia ciborum copia obrutus, concoquere eam et in succum ac sanguinem vertere non valet. Sc. adeo abundante Felicitatis copia cumulatus *Tantalus* erat, ut eam qd. digerere et in usum suum conve rtere posset. Per eandem Metaphoram, paullo aliter determinatam, dicitur: *πεψαι κῆδεα, ὄργην, χολὸν, Dolores, vel Iram et indignationem suam corde premere et apud se cohibere, nec sinere ut erumpant,* [quemadmodum Latini etiam: *Concoquere odia dicunt*] sc. in modum Ventriculi, qui ingestos non vomitu ejicit, sed in se retinet et concoquit cibos. v) *Kogos*, i.e. *Satietas*, plerumque plena usque ad fastidium, recte heic subjugitur τῷ μη καταπεψαί, ut eadem continuetur Imago, ducta sc. a Ventriculo, qui exuberantia concoquere nequit alimenta. Sensus autem, et nexus cum sequentibus, hic est: *Tantalus*, nimia Felicitate ebrius, arrogantior evasit, et crimen sic ausus fuit insolentissimum, [v. 98—102.] quo gravissimas, quæ hic memorantur, sibi contraxit ærumnas, quarum igitur fons et radix fuit *kogos*. Sc. res admodum secundæ *Insolentiam* sæpe et peccandi libidinem creant, ut habet illud Solonis: *Τιχτει τοι κορος ιθεριν, επην πολυς ὀλβος επηται* quæ Sententia prælentem locum insigniter illustrat. Hinc etiam *kogos* apud Pindarum aliquando Metonymice notat ipsam illam *Insolentiam* atque *Arrogantiam*, ex Satietate

90 Malum sibi contraxit x) ineluctabile, y) quod Pater i)
psius z) supra eum suspendit, videlicet a) Saxum b)
ipſi grave et minax, c) quod a capite suo d) remove-
re is continue nititur, e) et proinde ab animi tranqui-
llitate f) longissime abest. g) Hanc autem vitam miserri-
mam

et nimia bonorum adfluentia natam. vid. Nem. a. 98. Isthm.
γ'. 4. x) τὸ Ἐλεῖν, æque late patens ac Lat. Capere,
inter alia valet: Accipere, nancisci, incurrere in aliquid, sive
bonum sit sive malum; ut ἐλεῖν ψυχην, σεφανες, βιοτον γλυ-
κυν, ἑυχος· μοχθον, ἀτην· qualia apud Pindarum passim.
y) Τπεροπλος propriæ: Armis pollens supra alios, vel, cuius
vis omnia superat arma, sensu bono et malo. Fortissimus,
insuperabilis; violentus, ferox, cert. H. l. de Malo ingenti,
cui resistendo vel evitando nulla sufficit vis, quemadmodum
Latini dicunt: Ineluctabile Fatum. z) i. e. Jupiter, qui
Tantulum ex Plote Nympha genuisse perhibetur. Alium ei
Patrem alii adsignant. a) τὸ Δηλαδη, aliasque hujus
potestatis Particulas, eleganter reticent Græci, quemadmo-
dum et suum Scilicet boni Latini. Conf. Ol. 5'. 144. Hom. Il.
ε. 184. Odys. λ. 601. b) Iplum igitur Saxum, Tantalo grave et
minax, heic dicitur Ατη, non sine gratia quadam et emphasi.
Sic Hector πημα Ἀχαιων audit, Hom. Il. λ. 347. et Ulysses,
πημα των Τρωων, l. c. v. 413. Effectus pro Caussa, c) Sic
χαρτερος aliquando sensu deteriori adhibetur, ut de Sollici-
tudine gravi et luctuosa, Isthm. γ. 25. de Vulnere gravi atque
acerbo, Hom. Il. π. 517. de Facinoribus violentis, Il. ε. 872.
d) [ἀπο] κεφαλης. e) Verbum μενοναν, cognatum τοις μενω
et μενος, licet vis ejus varie determinetur, semper tamen Con-
stantem quandam et serium Mentis impetum involvit. f) [ἀπ']
εὐθροσυνας. g) Ad verbum: Aberrat. Sic αμπλακων ανογεας,
Ol. γ. 89. a virili Strenuitate aberrans, i. e. ea destitutus.